Quelle: http://manuscripta.at/?ID=818
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

iussit. Post multa tormenta in gutture
gladio percussa est. Passa est autem beata
Agnes sub prefecto urbis Simphro-
nio vicario eiusdem urbis Aspasio.
In hyspania civitate Terragone
natalis sanctorum Fructuosi episcopi. Augurii
et Eulogii dyaconorum. qui tempore Gal-
lieni sub Emiliano preside primo
in carcerem retrusi. deinde flammis
iniecti. exustis vinculis manibus in
modum crucis expansis. orantes
ut urerentur obtinuerunt. et mox un-
de fratribus et filia presidis que assistebat.
viderunt sanctorum animas celum conscen-
dere coronatas. Treveris sancti Pauli
A. xi. kalendas februarii. xij. martiris.
In hyspaniis natalis sancti Vincencii
dyaconi et martiris. Qui cum sancto Valerio
episcopo suo a Cesaraugusta civitate
Valenciam usque gravibus nexus ca-
tenis iubente Daciano perductus
est. ibique fame et squalore carceris
diu maceratus. tormentis eculei et
ungularum horrenda laceracione vex-
atus. et graticulato ferreo diutissime
ustulatus arvine guttis et crepita-
te sale perfusus est. Post hec in te-
terrimum carcerem trusus. divaricatis
tis in nervo cruribus super acutissi-
ma testarum fragmenta proiectus est.

ubi nocte lux ingens apparuit.
et virtute dei solutus martir inter
angelos a quibus visitari meru-
it. ympnum canebat. ita ut ipsi cus-
todes crederent. Mane autem facto cum ius-
sisset eum Dacianus in lecto mol-
lissimo reclinari ut aliquantulum
recreatus acrius denuo torqueretur
infatigabilem spiritum domino reddidit.
Tunc Dacianus corpus eius in cam-
pum feris et avibus iussit exponi.
Sed mox divinitus corvus ad custo-
diam eius datus. non solum aves alias
arcebat. sed et immanem lupum a
sancto corpore repulit. Quod cum Daciano
nunciatum fuisset. iussit eum insutum
culleo in profundum maris cum gra-
vissimo saxi pondere immergi. sed
prius virtute dei super undas natans
ad litus delatus et arenis conditus est.
quam remiges portum tangere potu-
issent. Inde autem cum se sanctus martir
cuidam fideli annuente revelas-
set. cessante persecucionis rabie a
christianis reverenter sublatus et in ba-
silica conditus est. In gallijs civitate
Ebreduno sanctorum martirum Vincencii.
Oroncii et Victoris. Ad aquas salinas
natalis sancti Anastasii monachi et martiris
de persida. Qui post plurima tormenta